

**1617** d. m. | Felici Caesaris ser. vilico | hortor. Maianor.<sup>1</sup> | Julia Melitene | coniugi b. m.

*Romae (VI 8669 saepius descripta saec. XVI. XVII).* — 1) *Horti Maiani memorantur a Plinio h. n. 35, 7, 51.* Proc. hortorum Maianorum et Lamianor. est VI 8668; cf. VI 6452.

**1618** dis manibus | Lais Domitia Aug. serva, fecit | Fortunato disp. hortorum Atticianorum, et sibi posterisque suorum, itum actum adit. ambitum.

*Romae (VI 8667 descr. Forcella).* — 1) *Nomen traxerunt hi horti fortasse ab Attico, qui Domitianus fuit a rationibus (VI 8410).*

**1619** Dama Caseris (*sic!*) | ex hortis Salusti. | ab hortu nov.

*Senae Gallicae, quo adlatus est lapis sine dubio ex urbe Roma (VI 8670 vedit Henzen).*

**1620** dis manibus sac. | Calamus | Ti. Claudii Caesaris | Augusti Germanici | Pamphiliánus | vilicus ex horreis | Lolliánis | ex d. d. d. s. d. d.

*Romae in columbario Liviae rep. (VI 4226 vedit Henzen).* — 1) *Ad eundem Calatum spectat titulus C. VI 4226<sup>a</sup>.* *Horrea Lolliana memorantur etiam C. VI 4259.*

**1621** Bonae Deae | Galbillae | Zmaragdus | Caesaris Aug.<sup>1</sup> | vilicus | horreorum | Galbianorum<sup>2</sup> | coh. trium<sup>3</sup> d. d. | cum Fenia Onesime.

*Romae sub Aventino (Eph. ep. 4, 725<sup>a</sup> vedit Stevenson).* — 1) *Nudis Caesaris Augusti vocabulis, ut interdum Claudius et Nero (cf. N. 4786. 4858), ita etiam Galba, certe in titulo huius generis, designari potuit.* — 2) *Horrea Galbiana, non diversa ab horreis Sulpiciis memoratis ab Horatio carm. 4, 42, 48, memorat Porphyrio ad Horatii l. c., chronographus anni 554 (p. 146 ap. Momms. Chron. min. I), Notitia urbis, haec collocans in regione decima tertia (curatorem horreorum Galbanorum recenset Notitia dign. Occ. c. 4).* Pertinent ad ea tituli supra N. 259, infra N. 4622—4, item C. VI 558, reperti ex parte eo loco ubi horrea illa fuisse putanda sunt. — 3) *Cohortes significari non urbanas tres, quae illis temporibus Romae stationem habuerunt, ut putaverant ante titulum N. 4622 repertum, sed cohortis vocabulum accipiendum esse de loco consaepto (cf. lexica) et statuendum, tria huius generis loca fuisse intra horrea Galbae, exposuit Gatti Roem. Mitt. 1886 p. 73 seq.*

**1622** Herculi domus Augusti sacrum ex | collatione horriiorum chortis II<sup>1</sup>, Maioris | et Diadumeni C. n. ser. et T. Flavi Crescentis et | operari Galbeses<sup>3</sup>; curante Hermete C. Mundic. | Helpisti ser. Dedicatum k. Iunis | M. Iunio Mettio Rufo Q. Pomponio Materno cos.<sup>4</sup>

*Romae, nescio quo loco urbis rep. (Henzen Roem. Mitt. 1886 p. 42).* — 1) Cf. N. 4624 not. 3. — 2) *Iidem Maior et Diadumenus Caesaris servi cum Crescente Augusti liberto posuerunt titulum N. 4625.* — 3) *Debuit esse casus secundus. Galbienses de coh. III sunt VI 740.* — 4) *Consules suffecti memorati etiam in tegulis quibusdam (C. XV 69. 959. 1409); fasces gessisse eos temporibus Hadriani fortasse ex C. XV 69 colligi potest.*

**1623** Silvano s. s.<sup>1</sup> Maior et Diadumenus Caes. n. ser. | et Crescens Aug. l.<sup>2</sup> d. d. | hor. de h. C.<sup>3</sup>

*Romae rep., nunc Pisauri (VI 682).* — 1) *Sancto sacram.* — 2) Cf. N. 4622 not. 2. — 3) *Ser. h. G., et intellege: horreariis de horreis Galbae.*